

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Auaricia f
cum fonte primo

Auaricia que Grece philargia dicitur
non in solo argento,

unde nomen duxisse resonat,

sed in omnibus rebus que immoderate cupiuntur
intelligenda est,
ubicumque omnino plus uult quisque quam satis;
hec autem auaricia cupiditas est,
cupiditas uero improba uoluntas est.
Ergo improba uoluntas omnium malorum causa est.

Augustinus libro III. de libero arbitrio.

Auaritia enim, quae graece φιλαργυρία dicitur,
non in solo argento
uel in nummis magis
unde nomen duxisse resonat
– argento enim nummi aut mixto argento
frequentius apud ueteres fiebant –,
sed in omnibus rebus quae inmoderate cupiuntur
intellegenda est,
ubicumque omnino plus uult quisque quam sat est.
Haec autem auaritia cupiditas est,
cupiditas porro (uero) improba uoluntas est.
Ergo improba uoluntas malorum omnium causa est.

Augustinus Hipponensis, *De libero arbitrio*,
3.17.48 (CCSL 29, W.M. Green ed., pp.303-4,
ll.26-33).